



**De Iure Ac Potestate Romanorvm Pontificvm,
Imperatorvm, Regum ac Episcoporum**

Alvarez Guerrero, Alfonso

Coloniae Agrippinae, 1586

VD16 A 2069

De potestate sanctissimorum Episcoporum. cap. xiii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63477](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63477)

90 SPEC. SVM. ROM. PONT.

aliena suscipiantur ecclesia, c. Episcopi. viij. q. j. Sed taliens nos clericos ordinare, & altaria consecrare Episcopo non licet. c. Episcopus in diocesi aliena. ead. q. & causa.

DE POTESTATE SANCTISSI-
morum Episcoporum. Cap. XIII.

S V M M A R I V M.

- 1 Sanctissimis Episcopis potestas data est reconciliandi paenitentias solennes imponendi, & alii quamplurima facienda.
- 2 In condendo legibus que requirantur.
- 3 Ecclesia polluta per Episcopum reconcilianda est.
- 4 Quot testibus Episcopus conuincit possit.
- 5 Episcopus instituendo aliquem in beneficio, personam idoneam instituere debet.
- 6 Papa inuito Episcopo episcopatum dividere possit. & num-
ro 15.
- 7 Monasterium, vel oratorium verum sive consensu Episcopi ad-
ficari debet.
- 8 Episcopi habent iurisditionem in monasteriis religiosorum.
- 9 Episcopi in suis dioecesibus liberam iurisdictionem habent.
- 10 Episcopi discuntur, & sunt oculi Dei.
- 11 Episcopus alterius dioecesis an clericum alicet Episcopo subiectum,
sine ipsis consensu recipere, vel ordinare possit.
- 12 Exhortatio per Episcopum ordinatis facienda, ordinatione per-
acta.
- 13 Sacerdos praesente Episcopo sine eius mandato benedicere, ac-
gnare non possit.
- 14 Verum Episcopi successores sibi ex testamento instituere pos-
sint.
- 15 Duos Episcopatus in una civitate esse non debent.
- 16 Plures Episcopi in una civitate esse non debent.
- 17 Absque capitulis consensu rei Ecclesiastica alienatio fieri non pos-
sunt.
- 18 Ecclesia, minor, & fiscus equiparantur.
- 19 Episcopus an proprias illitteraturam remoueri possit.
- 20 In Episcopo que, & quot requirantur.

21 QUA

21 Qualiter Episcopus iuret Domino.
 22 Episcopus tenetur ex iuramento Papatum defendere, & adiuvare.

T † sanctissimi Episcopi possunt reconciliare, pœnitentias solennes imponere, indulgentiarum literas concedere, de causis matrimonialibus cognoscere, ordines, & ordinaciones facere. xvij. q. j. c. interdicimus, extra de penit, & remis. c. cùm ex eo, in fin. ext. de consecr. eccles. vel alta. c. cōsulisti. c. cùm aqua per Episcopū benedicta, & l. distin. c. in capite ieiuniorum. Item quinquagesimam, vel centesimam dare, ext. de donatio. c. Apostolicæ, xij. q. ij. c. bonæ, extra de his quæ fiunt à præla. sine consen. capi. c. pastoralis. Item solenniter excommunicare. xj. q. iij. c. debent. Item literas dimissorias dare, aliter non valet ordinatio ab alieno Episcopo facta. viij. q. ij. c. illud. & c. dilig. & fisi. & ext. de offi. Archiepis. vt nostrum, vbi de hoc dicitur plenè. Item annulum portare licet Episcopo, vt extra de vit. & honest. cler. quod clerici. Item duos de canonis ecclesiæ suæ secum habere licet lucrantes fructus, ac si residerent, ext. de cler. non residen. c. ad audientiam. Item parochias limitare, & cœmiteria ordinare. xij. q. j. c. ecclesiæ, & c. pastoralis, de his, qua fiunt à prælat. Item constitutiones facere in suis dioceſibus, de consecrat. distin. j. c. omnes basilicæ. xvij. q. viij. c. omnes, ext. de feri. c. fin. xij. dist. c. catholica: & melius, de appella. c. fin. lib. vj. super fine ultimæ glo. in prine. Eteni ibi quæſtio notabilis ad propositum. Item possunt Episcopi generalem synodū facere. xvij. distin. c. Episcopus, ext. de maio. & obedi. c. quod super. qui text. loquitur de synodo Episcopali, vbi per Abbatem, & docto. videbis multa de synodo Episcopali. Sed vide hic admonitionem, quæ fieri debet in concilijs prouincialibus, seu synodis, de vita, & officijs sacerdotum, & clericorum: Fratres charissimi confiſcadores, & cooperatores nostri, nouit fraternitas vestra non licere, indignè nos locum tenere Aaron, vos autem Eleazari; nos fungi vice duodecim Apostolorum, vos autem lxxij.

G 3 disci-

discipulorum ut in c. in novo testamento. xxij. distin. Nos pastores vestros esse sciatis, vos autem animarū vobis commissarū; nos de vobis, vos autem de plebe vobis commendata, Domino nostro Iesu Christo rationem esse reddituros, vt in die tremendi iudicij inter bonos dispensatores inueniamur. Item hæreticos condemnare, extra de hæret. c. ad abolendam. §. i. & contra eos inquirere, eod. titu. c. excommunicamus. §. ii. Nec hæc potestas Episcopis admittitur, aut minuitur, licet alteri inquisitio committatur, vt dicitur hic, & in c. per hoc, primo responso, de hæret. in vi. Cùm ergo Papa vult condere canones, Episcopi possunt contradicere, & dicere: Canonistæ nō conuenit consuetudini regionis nostræ, quia t̄ lex debet esse honesta, iusta, possibilis, & secundum consuetudinem patriæ, loco, temporeque conueniens, necessaria, & utilis, manifesta quoq; ne aliud per obscuritatem incautum captione contineat, nullo priuato commodo, sed pro communii omniū utilitate conscripta c. erit. iiiij. dist. Et ecclesia polluta est reconcilianda per Episcopum sumptibus eius, qui polluit, Cardin. in Clemen. i. §. i. de excess. prala. Felin. in c. accedens, de p̄script. Duxi, quod Episcopus potest hæreticos condemnare, de hoc dicemus infra in c. de hæreticis. Item ecclesiæ censuales facere, vt de iure patron. c. præterea, & censib. c. scientes. Item instituere clericos, & desistere, ext. de fil. presbyt. c. ex tua, & de instit. c. ex frequentibus. Et dicitur de his, quæ sunt à prælato. Alia etiam plura singularia referuntur. xxv. distinct. & ext. de offi. Archipres. byt. c. vt singulæ. Item aliter proceditur contra eos conumaces, quam contra alios, vt per constitutionem Alexandri IIII. positam in c. ij. de offi. deleg. in vi. Item ipsi aliter iurant, quam alij: nec testihcari coguntur, ext. de iuram. calum. c. fin. xij. qualit. j. c. nec honorem, in authen. de sanctis Episcopis. §. nulli. Item tempore generalis interdicti possunt audire diuina, ext. de priuileg. c. quod non nullis. Item possunt, quem volunt, sibi eligere confessore, vt ext. de pœnit. & remis. c. fin. Item non coguntur subiungendum, nisi imperialis iussio procedat, vt not. Azo in titu. de Episc. & cler. §. quod sit. Item Episcopalis dignitas libe-

liberat à patria potestate. lxxxij. distinct. c. si seruus. & not. ex-
tra de æta. & qual. ta. c. idem eorum. rex. est in authen. con-
stitutio. que de dignitatibus. f. illud. collat. vj. & ibi not.
quod priuilegia. & beneficia à principe concessa sunt per-
petua. etiam concedantur sub suo beneplacito. Antou.
Corser. in suis sing. in versi. beneficium. & multi alij doct.
Videbis Philipp. Franc. in c. fin. de rescript. libro vj. Item
quinque priuilegia habes in leg. antiqua. xj. q. j. c. qui un-
que. f. Item plures testes contra Episcopum sunt necessa-
rij. etiam clericis. & non laici. ij. q. iiiij. c. præsul. & cap. seq.
Item adde de altaris viatico. de priuileg. c. vlti. in vj. Item
quod religiosi familiares eorum se possunt eis in officio
coaptare. vt in Clem. de celebr. Missar. c. dignum. Item in
aliena dioecesi possunt diuina celebrare. & populum bene-
dicere. etiam in locis exemptis. vt in Clemen vlt. de priuileg.
vide c. Romana. de foro compet. Item supplent neglig-
entias exemptorum. & certas prouisiones faciunt contra
illos. de supplen. neglig. præla. c. j. Et hec faciunt autho-
ritate Apostolica. cui concurrunt duo iura vetera. duo sex-
ti. & alia duo Clemen. vbi not. super verbo. Apostolica.
Item iurisdictionem exercere inter ius subditos in aliena
dioecesi. vt in Clemen. de foro compet. Et institutio. bene-
ficiorum spectat ad Episcopam. vt in c. ex frequentibus.
de insi. & c. cum ex iniuncto. de hæreti. Et Episcopi soli
conferunt beneficia de jure communi. Ita Inno. in c. non
satis. de offi. ordin. & ibi dicit. Ecclesiam autem. vel præ-
bendam conferre non potest alius prælatus præter Episco-
pum. c. nullus. vj. q. vij. nisi hoc ex consuetudine. vel pri-
uilegio habeat. & tunc facit tanquam vicarius. c. super eo.
de offi. deleg. c. cum venissent. de institutio. & docto. in c.
Abbatem. de rescript. Et electio. presentatio. institutio.
collatio. inuestitura quid sint. & ad quos pertineant. vide
Panor. in c. auctoritate. de institutio. Oportet f. etiam. vt
quando Episcopi instituunt aliquem in beneficio. institu-
ant personas idoneas obseruando iura. vt in cap. graue. do-
præben. Et sic intelligitur text. in c. conquerente. de offi.
ordinarij. vbi dicitur. quod apud ordinarium est libera
dispositio beneficiorum sibi subiectorum. & vide glo.

& docto. in c. j. xxj. distinct. Et Papa habet liberam dispositionem beneficiorum, vt in cap. ij. de præbend. in vj. & in Clemen. i. vt lite penden. Quod intellige de vacantibus in curia Romana, vi in d. cap. ij. Habet etiam Papa liberam dispositionem beneficiorum, & potest disponere de omnibus, cùm viderit ex causa iusta, & rationabili: quia Romanus Pontifex olim raro faciebat gratias beneficiale; vnde in volumine Decretorum non fatigabamur in his, vt per Panor. in c. mandatum, de rescript. Incéperunt demum dare primo rogando, postea præcipiendo, & executores dando; nec facile grauabat Papa ecclesiam, nisi de uno tantum: & in illis reseruationibus ponebat clausulā, si pro alio non scripserimus, vel æquipollentem. facit tex. in cap. constitutus, & c. capitulum sanctæ crucis, & c. ex insinuatione, & c. mandatum, cum duobus sequen. de rescript. Procedente tempore à principio factæ sunt gratiæ datis executoribus. c. pro illorum, de præben. c. proposuit, de conce. præben. Demum tempore Innocentij IIII. datur beneficium acceptandi. c. quia cunctis, de conce. præben. in vj. Ad quod fortificandum addita est clausula decreti irritantis Clementis primi, de conce. præben. sic in reseruationibus nec vnam inuenies in volumine Decretorum, vt notat Dominicus in c. duobus, de rescript. in vj. Postmodum receperunt generales, & speciales reseruationes ad certa beneficia. c. ij. de præben. in vj. facit text. in extrauag. execrabilis, vt dixi in libro meo de generali concilio. c. fin. Et Apostoli in toto orbe constituebant per ciuitates presbyteros, vt in Apost. legitur c. j. ad Titum; Huius rei gratu reliqui te Cretæ. i. instituens te ibi Archiepiscopum, vt ea, quæ desunt, corrigas; & constitutas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi. Et Episcopi successerunt in loco Apostolorum, vt in c. in nouo testamento. xxj. distinct & in d. c. ij. dicit Philippus Fran. aliqua utilia de beneficijs vacantibus in curia. Et quæ beneficia dicantur in curia vacare, ibi videbis. Videbis etiam, an Abbatia sit dignitas. Sed non potest Episcopus exigere alia iura Episcopalia, nisi illa, quæ sunt in iure expressa, nisi necessitas aliud suadeat. Panor. in c. conquerente, de offi. ordinarij.

Et

Et ibi dicitur, quæ iura Episcopalia habeat in sua dioecesi. Sed eo die, quo Episcopus celebravit in eo altari sacerdos non debet celebrare, vt in c. vlt. de consecrat. distin. ij. propter solam Episcopi reverentiam, sine licentia Episcopi, vel necessitate urgente: vt cum solum illud altare est in ecclesia, & necessario alia missa celebranda venit, vel Episcopus celebra missam non perficerit. Sine licentia episcopi nullus presbyter in sua dioecesi potest missam cantare, vel baptizare, vel aliud consimile facere. c. cunctis. xvij. q. j. vbi dicitur, quod sacerdotalia officia sine permisso Episcoporum non agant presbyteri; & in c. multis, ead quæst. & cau. Sed sacerdos in quaunque fuerit macula, non accedat offerre oblationes Domino. c. sacerdotes. j. quæst. j. & in Leuit. c. xxij. & sacerdos pro macula mortalis peccati suspensus est quo ad se. Sed f. Papa in iuncto Episcopo potest diuidere episcopatum. vide docto. & Odofredum in l. in nomine Do- 6
mini. C. de offi. præfec. prætor. Afri. vbi dicit: Dominus Papa, si unus episcopatus est nimis diffusus, potest eum diuidere in duos: & de hoc infra videbis. Et utinam in Hispania diuilio fieret; quia messis multa, & opulenta est, o-
perari autem pauci; que est vera, & iusta causa diuisionis. Item f. sine consensu episcopi non debet ædificari mona- 7
sterium, vel oratorium, c. quidam, & c. sequen. xvij. q. jj. Sed nec etiam hospitale potest sine licentia episcopi con-
strui, vt in c. ad hoc, de relig. domi. Sed si oratorium non
est in hospitali, tunc simplex hospitale potest construi sine
licentia episcopi, vt in c. si hospitali, de eccl. edifi. Item
nec in oratorijs priuatis est licitum ponere campanas, vt
in c. parentibus, extra de priuileg. nec etiam missas ibi co-
lebrare, vt de consecrat. distinct. j. c. missarum; vbi legitur:
Missarum solennia non vbi que, sed in locis ab episcopo
consecratis, vel vbi ipse permiserit, celebranda esse censemus.
Et presbyteri, & clerici, & religiosi diocesis episco-
pi subiaceant potestati ipsius, vt in d. cap. quidam. xvij. q.
ij. Qui f. Episcopi iurisdictionem habent in monasterijs
religiosorum, vt in cap. j. ead. quæst. & cau. & est ab eo pre- 8
latus dandas monalibus, & alijs religiosis sceminiis com-
probandus, c. qui religiosis, cum duobus sequent. xvij. q.
ij. vbi

G 5

ij. vbi

ij. vbi dicitur: Examinetur ab Episcopo, qui religiosis fons
minis præponendus est; ne sit nimiū iuuenis, vt in c. quo-
rundam, & c. fraternitatis. xxxij. dist. vbi legitur, quod o-
tiam consanguinearum immoderatam familiaritatem Epis-
copum vitare oporteat. Et Episcopi est, in omnibus paro-
chialibus ecclesijs presbyteros inuestigare, vt in c. sane,
xvj. q. viij. & c. nullus, & c. constitutiones, & duo sequen. ea.
q. & cau. & bonus tex. est in c. j. de offic. ordin. vbi notatur.
quod Episcopi habent in suis diocesibus iurisdictionem
liberam, & ea, quæ sunt meri imperij; & possunt ex officio
procedere super criminibus; & in facinorosos homines
animaduertere. Et ibi etiam notatur, quod Episcopus po-
test super adulterijs procedere, etiam contra laicos. Et
Episcopi possunt, vbi res exigit, inuocare auxilium bra-
chij secularis; & iudex secularis potest compelli per ex-
communicationem ad dandam familiam, & auxilium su-
um. de hoc videbis Inno. & Abba. in c. venerabil. de cen-
sib. Ideo potestas secularis non incurrit excommunicati-
onem, si ad mandatum Episcopi capit clericum, & dicit
ad carcerem, etiam violenter, vt in c. vt fame, de senten. ex-
com. Sed iudiees, vel officiales Papæ de iurisdictione E-
piscopi non dovent se intromittere, ne ecclesiasticus ordo
confundatur. c. peruenit. xj. q. j. vbi dicitur; Nam si sua
vinciue Episcopo iurisdictio non seruatur, quid aliud a-
gitur, nisi vt per nos, per quos ecclesiasticus custodiri ille
ordo debuit, consuadatur? Sed non potest Episcopus in
aliena diocesi sine consensu diocesani pontificalia exerce-
re, vt xcij. dist. c. non licet. q. de Episcopis, & quinq; cap.
sequentibus? Si nollet Episcopus ire ad ecclesiam suam,
potest cogi per concilium prouinciale, c. si quis Episcopus,
xcij. dist. Et cum multa discussione contra Episcopum de-
bet proferri iudicium. c. accusatio, & decem, c. seq. ij. q. viij
vbi legitur; Accusatio Episcoporum non est facile recipi-
enda; quia Episcopi sunt oculi Dei, ideo a subditis non
sunt iudicandi. c. oues pastorem suum non reprehendant.
vj. q. j. intellige tu de occulis criminibus, que nullo modo
probari poterant, vbi legitur; Si enim omnia in hoc secu-
lo vendicata essent, locum diuina iudicia non haberent.
Ideo quo-

Ideoq; si aliquis putat se in hoc Deo placere, quod seruos
suos accusat, & vt meliores siant, dicit hoc agere, in vanu
laborat, & plus inuidie stimulis agitur, quam charitatis.
Et ibi legitur in c. sacerdotes. vj. q. j. quod populi argue-
re, vel increpare non valent sacerdotes; quia sacerdotes,
qui proprio ore corpus Domini consciunt, ab omnibus
sunt obediendi, & timendi. Sed clerici non debent pere-
grinari sine licentia sui Episcopi. c. non oportet, de conse-
cra. dist. v. & vide tex. in c. fi. de cler. peregiin. Ideo † Episcop-
us alterius diocelis clericum recipere, nec ordinare
potest sine consensu sui Episcopi, & literis dimissorijs. lxx.
dist. pertoram. Et vide formam monitionis ordinandorū,
qua omnia impedimenta particulariter continet, in Pon-
tificali sancte Romanae ecclesiae fol. iij. & ibi videbis for-
mam absoluendi ordinandos à sententia excommunicati-
onis, & dispensandi cum irregularibus ad cautelam. Et de
exhortatione per Episcopum facienda ordinatis ad singu-
los ordines, per acta ordinatione, ibi vide in folio xxij. Et
in d. libro Pontificali ea tantum ordinata sunt, quae ad offi-
cium Pontificis pertinent; & est opus satis laudabile, atq;
divinum; & tres † in se partes continet; in quarum pri-
ma de benedictionibus, & consecrationibus personarum
tractatur; in secunda de consecrationibus, & benedictio-
nibus rerum; in tertia vero de quibusdam sacramentis, &
ecclesiasticis officijs agitur. Item † est considerandum,
quod praesente Episcopo sacerdos nisi de suo mandato no-
debet benedicere, nec signare, c. cum ad. de consecr. dist. j.
Ita que post consecrationem cuiilibet sacerdoti populum
benedicere permititur, & ante benedictionem sacerdotis
egredi populus non presumat, vt in c. missas, ead. dist. Sed
& praesente Episcopo ipse debet dare benedictionem, vt
in c. denique. xxj. dist. vel eius nutu, vel consensu. Quod
intelligitur de benedictione finali; nam solennem bene-
dictionem, quae hante Agnus Dei, nullus debet dare, vel
facere, nisi Episcopus. Notabis etia, quod ultima benedi-
cio post Missam, illa significat, quia Christus post resurre-
ctionem in celo ascensus dedit discipulis suis; vnde Luc. vlt.
dicitur; Facili est, eum benedicere illis, recessit ab eis. Vtrū
autem,

14 autem † episcopi possint successores sibi ex testamento in-
 stituere, videtex. in c. episcopi. xij. quæst. j. cum c. sequen.
 vbi habetur; Episcopi de rebus proprijs, vel acquisitis, vel
 quicquid de proprio habent, hæreditibus suis, si voluerint,
 derelinquant, quicquid vero de prouisione sua ecclesiæ
 fuerit, siue de agris, siue de fructibus, siue de oblationibus,
 omnia in iure ecclesiæ seruare censuimus. Et videbis xij.
 quæst. v. per totum; & præcipue vide ibi rex. in c. fixum, v-
 bi litera dicit: Quæ ante suam ordinationem, vel post hæ-
 reditariam successionem acquisuit episcopus, cui vult,
 derelinquit: illa vero quæ de rebus ecclesiæ sua suo no-
 mine, vel alterius comparauit, in iure sua ecclesiæ tantum
 deueniant. Et morientis episcopi res pro futuro Pontifice
 conseruari debent, vt superius dixi. Et duo † Episcopatus
 per Papam coniunguntur in vnum. c. postquam. xvij. q. j. &
 unus in duos diuiditur, vt in c. præcipimus. s. sicut, eadem
 quæst. & cau. Vide Panor. in quæst. j. & omnino vide. Et
 episcopus potest ex beneficio pingui constituere duo ex
 causa, ita Panor. in c. extirpante. s. qui vero, de præbend.
 & d. quæst. j. dicitur, quod Papa potest in uno episcopatu-
 ponere duos episcopos, vt. n. c. non autem. viij. q. j. vbi hoc
 fuit gestum in persona Augustini, qui non successit, sed
 accelsit Valerio adhuc viuenti; nec fuit deputatus sim-
 plex coadiutor, sed verus Episcopus, vt ibi legitur, & no-
 tatur. Idem, si duose Episcopatus concedit vni episcopo, iu-
 vt sit episcopus vtriusque, vt in c. relatio. xxij. q. j. Quando-
 que vnit duos episcopatus, & quandoque diuidit vnum
 in plures, vt in c. & temporis. xvij. quæst. j. & in cap. sicut v-
 nire, de exces. præla. Et sic potest facere contra statutum,
 & ordinationem concilij, & beati Petri Apostoli, qui præ-
 cepit, vt singulis ciuitatibus singuli, & non plures episco-
 pi ponerentur; vt narrat beatus Clemens in cap. in illis.
 lxxx. distinet. & Anacletus Papa in cap. sequen. & pro hoc
 authoritas Gregorij in c. singula. lxxxix. distinet. Cetera
 videbis in d. quæst. j. & notabis in d. c. in illis. lxxx. dist. v-
 bi constat, quod tempore beati Petri erant limitatae pro-
 vinciae, nota bene. Et † in vna ciuitate non debent esse plu-
 res episcopi; & quod supra diximus de Valerio, & beato

Au.



Augustino, fuit ibi speciale, vt per gl. in c. in illis. lxxx. distinet. Et episcopus potest reuocare, quod antecessor alienauit indebet, vt in c. j. de in integ. restit. Potest etiam vendicare res ecclesiæ, non sibi, vt in c. prohibemus, de censi. Sed † non potest alienare res ecclesiæ sine consensu capitu. ¹⁷ li, vt in c. j. de his, quæ sunt à præla. sine consensu capitu. ¹⁸ Et † ecclesia, & minor, & fiscus equiparantur, vt per do. &to. in l. fin. de iur. deliber. & de in integ. restit. c. j. ij. quæst. ij. c. si qua de rebus, de iure iur. c. sicut. Et potest delegare collationem beneficiorum, c. constitutus, de concess. præben. dum modo deleget vicario suo generali duntaxat, nā alteri non potest conferri. Potest donare potestatem conferendi certum beneficium vacans, sed non potest delegare potestatem conferendi beneficium vacaturum in specie, vt per docto. in d. c. constitutus. Sed † ab episcopatu. ¹⁹ quis remouetur propter illiteraturam, vt in c. quamuis, de æta. & qualita. & datur defectus scientiæ, quando nescit Grammaticam, & sufficit, quod testes dicat, quod nunquam legerit libros scientiæ, nec vñquam intrauerit scholas, vel doctorem audierit. ²⁰ Tria enim in episcopo præcipue requiruntur, literarum scientia, ætatis maturitas, & grauitas morum. Adde & quartum, quod delegatio matrimonio natus sit, c. cum in cunctis, de elect. & ibi glo. Sed si ignorat Grammaticam, si ex vsu perfectè loquitur, & alias est utilis, non deponetur, si iam est promotus. Nam iura, quæ possunt in contrarium adduci, loquuntur in promouendis. Et si Papa mandatali qui episcopo, vtrum tale mandatum porrigitur ad episcopum successorem, vide Barto. in l. si communis seruus ff. de stip. seruo. Et de fæcili laicus non est assumendum in episcopum: vnde sine magna causa non debet fieri, vt per Panor. in cap. sane, de conuersione coniugat. ²¹ Et qualiter episcopus iuret do. mino Papæ, vide in c. ego, de iure iur. & ibi dicit Panor. quod † episcopus tenetur ex iuramento defendere, & ad. ²² iuuare Papatum, & regulas sanctorum patrum: dic regulas. i. canones summorum Pontificum, & aliorum sanctorum patrum per ecclesiam Romanam approbatos. Et sic potest ex textu secundum Panor. colligi dictum satis acerbum,

bum, quod Episcopus non seruans, vel seruari non facies canones, incidit in perjurium, cum iure defendere, & retinere canones. Sed tu intellige, ubi ex contemptu non seruat; & in tali casu potest recedi ab ipso, sicut ab excommunicato. Quomodo autem procedatur contra prelatum suspectum de dilapidatione, vide docto. in c. licet Heli, de simon. Et coadjutor an sit dandus prelato suspecto de dilapidatione, videbis ibi Panorm. Vbi dicunt etiam, quando clericus possit cogi ad ostendendum titulum sui beneficij, de quo alias iam dixi. Videbis etiam Felin. in d. c. licet Heli, multa dicentem: Vbi dicunt etiam, quod Episcopus potest ponere edictum, ut omnes ostendant titulum sub persona priuationis, intellige de retinentibus per dispensationem: ita doct. in c. ordinarij, de offi. ordin. & omnino vi de Felin. in d. c. licet Heli, quia ponit duas limitationes.

DE OFFICIO EPISCOPI, ET
ad qua successor demortuit teneatur.

Cap. XIV.

S V M M A R I U M.

- 1 Quod sit Episcopi officium.
- 2 Tria sunt, que Moses, & Aaron faciebant.
- 3 Non licet Episcopo aliquem proprijs manibus eedere.
- 4 Nunquid successor in Episcopatum predecessoris constitutionibus ligetur.

DE potestate sanctissimorum Episcoporum diximus supra in c. præcedenti: nunc aliqua de officio Episcopi aggrediamur. Officium Episcopi est virgines, altaria, & ecclesiæ consecrare, christma confidere, & cum ipso confirmare, ut in c. quamuis, lxvij. distinct. vbi enumerantur decem, quæ pertinent ad officium Episcoporum, & quia hæc Episcopi sibi usurpabant, recesserunt ab aula. Primum igitur Episcoporum officium est presbyterorum, & diaconorum ordinatio, & per hos intellige alios ordines; virginum consecratio, ut dixi, xxvi. q. vj. c. j. Item constructio

altæ